



**Tractatvs De Præventionē Ivdiciali [!], Sev De
Contentione Ivrisdictionvm**

Tonduti, Pierre François de

Lvgdvni, M.DC.LXXIII.

Capvt XIII. Quando vnus ex pluribus cohæredibus præuenit in conficiendo inuentarium, vtrum alij cohæredes teneantur continuare illius confectionem coram eodem Iudice & Notario, an vero quilibet ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98370](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98370)

Add. ad Burat. decif. 833. An autem & quando appellatio tertij admitti debeat ad retardandam executionem sententiæ inter alios late, explicat Lancello, de atemat. appell. pend. ampliat. 14. per tot. Sed quoad numerum sententiarum tertius facit acta sua, ita ut si duæ conformes subsequantur illius appellationem, prima cum illis iungatur ad faciendum numerum trium sententiarum conformium: Rota, dec. 98. n. 7. part. 1. recentior. Putr. dec. 71. lib. 3. Marefcot. lib. 1. var. resol. cap. 20. num. 14. Seraph. dec. 906. Theodos. Rub. in suis singularibus ad dictam decif. Putr. 71. Rota decif. 450. part. 4. recentior. tom. 1. Achil. de Gratias dec. 13. de appell. Marchef. de commiss. part. 2. pag. 263. usque ad 268. & parte 1. fol. 1313. & parte 3. fol. 98. Contard. ad leg. vii. C. si de nomen. possess. limit. 23. n. 19. Tertius autem quis dicatur, & de materiâ; Ruginell. de appell. §. 2. c. 1. m. 35. & seq. & n. 48. Barbof. in c. cum super eo 15. de offic. Iudic. deleg. Rebuff. ad const. Reg. tit. de iuris obligatoris, tom. 1. art. 1. gloss. 10. n. 11. Grat. discept. 232. n. 9. Salgad. de Regia protect. parte 4. c. 8. num. 14. Menoch. remed. 4. ad p. c. possess. n. 846. in c. lo. num. 849. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. membr. 4. n. 46. & multis seq.

Quando autem iste Tertius vult euitare ne acta & sententiæ sibi præiudicent, debet committi facere causam pro ut in primâ tanquam veniens principaliter ex iure suo, nec sufficit ipsum ita comparere, sed debet hoc exprimi in commissione: Add. ad Burat. d. dec. 833. & ad Lindou. d. dec. 259. Aduertet autem pars aduersa utrum veniat principaliter, an defensorio nomine, aut alio ex modis superius dictis, ne per talem admissionem sibi præiudicium inferri patiat; & hoc iuxta supradictas conclusiones & distinctiones, & nominatim secundum resoluta, n. 55. & n. 21. & multis seq.



CAPVT XIII.

Quando vnus ex pluribus cohæredibus præuenit in conficiendo inuentarium, utrum alij cohæredes teneantur continuare illius confektionem coram eodem Iudice & Notario, an vero quislibet separatim suum inuentarium conficere possit? Et quomodo inuentarium per duos diuersos Notarios confici possit, si bona sint sita in diuersis prouinciis, vel locis. Quid si hæredes non assignatis portionibus sint instituti, aut vnus purè, & alius sub conditione. In legatariis autem quid obseruandum, si vnus ipsorum coniunctus aut disiunctus, præuenit petendo eandem rem vigore legati, utrum præuentione ista alios legatarios afficiat. Inuentarium hæredis, vel tutoris, an profit aliis interesse habentibus. Eum qui inuentarium confecit tanquam hæres pro parte, vel vti ex testamento, si deinde appareat esse hæredem in solidum, vel ab intestato, non teneri nouum conficere inuentarium.

SUMMARIVM.

- 1 Ex actu confektionis inuentarij nulla oritur præuentione quoad creditores hæreditarios: oriri tamen potest fauore Iudicis & Notarij qui præuenit, quoad ipsum actum inuentarij.
- 2 Quauis inuentarium ab eodem Notario qui præuenit conficiendum sit, si tamen nimis diffusum sit patrimonium, alius Notarius potest adhiberi.
- 3 Quæ sit praxis conficiendi inuentarium, quando bona sunt in diuersis locis.
- 4 Quando vnus Notarius præuenit in confectioe inuentarij, alius potest adhiberi in casu impedimenti.
- 5 Duo Notarij in solidum rogari possunt de inuentario.
- 6 Quando vnus ex cohæredibus deliberat super aditione hæreditatis, alius non potest in totum adire, sed tantum pro parte sua.
- 7 Portio non petenti non accrescit petenti, nisi factâ repudiacione expressâ, vel tacitâ per lapsum temporis.
- 8 Qui petunt hæreditatem, non possunt plus petere quam habituri essent ceteris aduentibus.
- 9 Ampliatur hoc, ut procedat tam ex testamento quam etiam ab intestato.
- 10 Exceptio de iure tertij opponi potest, quando est potius de non iure actoris.
- 11 Vnus ex pluribus cohæredibus, non potest esse hæres nisi pro parte sua, quando alij non sunt exclusi.
- 12 Quando vnus hæres est, institutus purè, & alius sub conditione, vtrum purè institutus possit totam hæreditatem petere antequam condicio euenerit: & infra n. 20.
- 13 Legatarij, quando inter se disiuncti dicantur.
- 14 Quando legatarij dicantur coniuncti re & verbis.
- 15 Quando dicantur coniuncti re tantum.
- 16 Et quando sint coniuncti verbis tantum, explicantur per exempla.
- 17 Non debet fieri differentia siue heres pro parte institutus totum petat in iudicio petitorio, vel possessorio, quidquid de possessorio dixerit Fufarinus.
- 18 Legatarius verbaliter coniunctus non potest præuenire quoad partem collegatarij.
- 19 Inter legatarios, aut fideicommissarios re tantum coniunctos, tota causa præuenitur, si vnus ex pluribus totum petat.
- 20 Aditio vnius ex cohæredibus purè institutis, non prodest aduentis, nisi pro parte sua, secus si sub conditione.
- 21 Inuentarium à singulis hæredibus, aut ab vno ipsorum nomine aliorum conficiendum est.
- 22 Inuentarium hæredis, vtrum profit fideicommissario, sine cessione iurium.
- 23 Inuentarij beneficium est personale. Et tamen transire in emptorem hæreditatis, n. 24.
- 25 Inuentarium tutoris non tenet hæredem aduersus creditores hæreditarios.
- 26 Si in inuentario tuelari, fuerint adhibita solemnitates inuentarij legalis, hoc sufficit ut suffragari possit hæredi.
- 27 Præuentione vnius ex cohæredibus, non impedit quin alius cohæres, suum inuentarium separatim conficere queat ex Doctorum sententiâ.
- 28 Inuentarium non est actus iudicialis, sed iuda sollemnitas.

- 29 Inventarij confectio, admittit questionem praeuentionis quoad ipsum actum inventarij, non quoad reliqua.
- 30 Vtrum haeres conficiens inventarium reconueniri possit coram eodem Iudice, à creditoribus hereditariis.
- 31 Reconuentio non est admittenda coram Iudice, coram quo actus extrajudiciales fiunt.
- 32 Ex confectioe plurium inventariorum à singulis hereditibus multa oriuntur inconuenientia.
- 33 Sicut per repudiationem hereditatis factam ab uno ex cohæredibus, portio alterius augetur ipso iure, ita & inventarium tanquam ab herede pro parte confectum, ipso iure auctum censeri debet.
- 34 Non est opus nouo inventario si quis vti haeres ab intestato, illud confecerit, & postea fuerit compertum ipsum esse ex testamento vocatum.
- 35 In locis ubi beneficium inventarij obtinetur à Principe, quilibet ex cohæredibus, litteras nomine suo debet obtinere.

INSTITVTIS duobus hereditibus, vnus ex ipsis alium praeuenit acceptando hereditatem cum beneficio legis & inventarij, & curauit citari omnes creditores defuncti, ad videndum inchoari inventarium, prout illud inchoauit per signum sanctæ Crucis, & cum aliis formalitatibus de iure requisitis. Comparuit deinde cohæres alius, qui coram diuerso iudice, (competenti tamen) & alio Notario scribente, similiter adiuit hereditatem cum eodem beneficio inventarij, & curauit iterum citari omnes creditores ad videndum illud inchoari. Dubitatum fuit vtrum praeuentio primi cohæredis, huic secundo venienti noceret, ita vt nouum inventarium non posset conficere, sed illud quod à cohærede praeueniente inchoatum fuerat, continuare teneretur coram eodem iudice, & eodem Notario qui praeuenierat scribente.

† Dubium oriebatur ex eo, quod nos in prima huius tractatus parte, c. 3. n. 3. & 4. diximus, quod licet ex inventario nulla oriatur praeuentio, quoad causas creditorum instare volentium contra bona hereditaria, aut aliorum super hereditate prætendentium, oritur tamen praeuentio quoad ipsum iudicem & Notarium, ita vt Iudex aut Notarius qui praeuenit, & cepit procedere in confectioe inventarij, debeat illud vsque ad finem perficere. Quibus accedunt tradita per Gratian. *discept. forens. c. 767. n. 3.* post Bald. in l. fin. §. cum igitur C. de iure delib. & ibi Barbat. in verbis, sed nunquid per tex. in l. 1. C. de sportul. & l. propter C. in quib. caus. tut. habenti tut. dari pot. † Qui tamen hoc limitat, nisi propter rerum absentiam, aut propter nimis latè diffusum patrimonium, necesse esset duos adhibere Notarios, tunc enim praeuenienti secundus adiungi posset, & inventarium per duos diuersos Notarios confectum, esset validum, super quo prouisum est per statutum Auenionense, lib. 1. rub. 63. art. 2. vt Notarius bona immobilia, si in diuersis locis sita sint, describat in inventario iuxta designationem sibi per heredem, aut alium hæredis nomine faciendam, & perinde valeat ac si ad locum ubi bona sita sunt, fuisset accessum. Quoad vero mobilia & se mouentia mittatur notarius inventarij, vel mittatur ad notarium loci ubi illa reperiuntur.

† De iure autem communi, quando bona sita sunt in diuersis locis, praxis conficiendi inventarium, non multum differt à praxi statuti nostri, secundum Bald. in d. l. fin. §. cum igitur C. de iure delib. n. 22. quem refert & sequitur Phanuc. inter tract. diuers. de inuent. Sanlegerij de Praeuent. Iudic. Pars II.

q. 240. num. 75. vt scilicet vnicum inventarium sufficiat, quia prius per se vel per alios, id est per procuratores, haeres debet inuestigare res hereditarias, & ad hoc sibi datur annus, vt res illas perquirere possit, illasque in inventario describere, prout in diuersis mundi partibus illas inuenit. Cui conforme est quod dicit Guid. Pap. in tract. de inuent. n. 24. Roland. inter tr. diuers. q. 121. Ego tamen sæpius obseruatum vidi, præcipue in magnis hereditatibus, vt mittatur ad Iudices locorum in quibus bona reperiuntur, cum litteris requisitoriis, & facto per illos inventario, omnia coniungantur cum inventario principali per Notarium in eo scribentem.

Notandum quoque est, regulam illam generalem, quod in confectioe inventarij, vnus dumtaxat per totum illius tenorem, adhibeatur Notarius, limitari, vt non procedat, stante impedimento Notarij in eodem scribentis, vt notauit Roland. loco citato quest. 102.

Item & duo Notarij possunt adhiberi in inventario, si ambo de eo rogentur in solidum, in tantum vt possint se inuicem in alterius inventario subscribere tanquam testes, Roland. in dicto tract. de inuent. quest. 104.

Et ex præmissis videbatur concludendum, praeuentionem suffragari Iudici, Notario & cohæredi, vt nullo alio in tribunali, nec alio Notario scribente, cohæres superueniens posset præterdere, quod procederetur ad alterius inventarij confectioem nomine ipsius.

Contrarium tamen verius esse dixi dum casus occurrit. Quia quando vnus ex cohæredibus, super aditione deliberat, alter hereditatem adire non potest, nisi pro parte sua, non autem pro tota hereditate: excepto casu, quo tota ad ipsum per repudiationem alterius cohæredis, aut alio modo fuisset deuoluta. Peregrin. consil. 93. num. 2. volum. 3. per text. in l. 2. ff. si pars hered. petat. Atque ita declaratio vnus ex cohæredibus facta super aditione vniuersæ hereditatis, non inducit praeuentionem respectu alterius cohæredis deliberantis, vel nondum adeuntis, & nondum repudiantis. † Nec potest opponi quod portio non petentis accrescat alteri petenti. Quia ad hunc effectum requiritur repudiatio expressa, vel tacita per lapsum temporis, alias portio non petentis, alteri petenti nondum accrescit: l. vnic. C. quando non pet. par. pet. accresc. Caval. decis. 246. num. 7. Et ita post longam disputationem concludit Thesaur. dicens sic fuisse iudicatum, decis. 4. num. 8. adducens inter cætera, text. in dicta l. 2. ff. si pars hered. petat. † Vbi pro hac sententiâ, dicit esse clarissima Iuriconsulti verba, quod qui petunt hereditatem, non debent maiorem partem petere, quàm habituri essent cæteris adeuntibus, nec eis petitio proderit, si postea constiterit cæteris adiuisse. † Quod procedit, non solum in hereditatibus ab intestato delatis, vt voluit Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 9. n. 12. versic. & si duo sint. Sed etiam in hereditatibus vigore testamenti obuinentibus, quia aditio per vnum ex cohæredibus etiam testamentariis facta, non afficit alium, neque illius praeuentio quidpiam operatur in præiudicium alterius cohæredis, quin possit nouum iudicium intentare, omisso illo iudice & notario, respectu ipsius actus seu declarationis aditionis: immo his non obstantibus, potest suam aditionem facere per actum & iudicium separatum pro parte ipsum concernente, l. 2. §. pro qua quisque, ff. de bon. posses. secund. tabul. Castrenf. in dicta l. 2. ff. si pars hered. petat.

Et hoc adeo verum est, vt reus conuentus a torti hanc

- hanc exceptionem opponere possit, *Tu malè agis pro toto, cum sis tantum hæres pro parte*, quamuis huiusmodi videatur exceptio de iure tertij, quia tales exceptiones opponere licet, quando sunt exclusiue iuris agentis, quidquid in contrarium dixerit. *Surd. consil. 359. num. 15. & sequentib. & Gratian. discept. forens. 330. num. 9.* quos merito reprobatur Ioan. Ant. Bellon. in tract. de iure accresc. cap. 7. quest. 37. num. 29. post Thesaur. dicta decis. 4. num. 8. versic. *Præterea*. Est etenim illa exceptio potius de non iure agentis quam de iure tertij. ¶ Quia vnus ex pluribus cohæredibus, non potest esse hæres in solidum, sed tantum pro parte sua, quando ceteri non sunt exclusi. Quod fufius examinat bonæ memoriæ D. Archiepiscopus Argel. de acquirenda possessione. quest. 8. artic. 9. num. 263. & multis sequentibus, & est bonus text. in dict. leg. 2. ff. si pars hæred. petatur. Quamuis D. Argel. ibid. n. 265. & seqq. in eam eam sententiam, vt cohæredes datâ cautione de restituendo cohæredis portionem audiendus sit totum petens, vt ibi per eum copiosius explicatur.
- 12 Ceterum supradicta procedunt, non solum in cohæredibus in certâ hereditatis parte testamento relictis, verum etiam in pluribus simpliciter absque vllâ portionum assignatione nominatis, si purè & non sub conditione institutio facta sit, vt dicit Bellon. in dicto tract. de iure accresc. c. 7. q. 37. n. 24. Quod si sub conditione aliqui, alij vero purè instituti fuerint, diuersi casus sunt considerandi, quos hic recensere superfluum esset, cum sint extra materiam præuentionis, & illos fusè explicet Bellon. ibid. cap. 7. q. 37. num. 96. & seqq.
- 13 Quod autem attinet ad legatarios, vt paucis, sed clarè negotium exponamus, aduertendum est quosdam esse legatarios, seu fideicommissarios coniunctos, quosdam vero disunctos. Disuncti sunt, quibus diuersæ portiones diuersis orationibus relinquuntur, veluti, Titio partem dimidiam fundi Cornelianî Lego. Sempronio partem dimidiam fundi Cornelianî Lego. Hic sunt diuersæ orationes & diuersæ portiones, ideo est omnimoda disunctio tam realis, quam verbalis: probatur per text. in leg. 1. & ibi Gloss. ff. de usufruct. accrescen.
- 14 Coniunctorum vero, tria sunt genera. Quidam enim sunt coniuncti re & verbis, videlicet qui vocati sunt à testatore, in vna eademque oratione sine expressione, vel assignatione partium, veluti si quis dixerit, *Instituto Manium & Sempronium hæredes re coniuncti*, ff. de legat. 3. leg. Triplici, ff. de verb. significat. ¶ Coniuncti re tantum, dicuntur illi quibus eadem res fuit relictâ, veluti si testator dicat *Instituto Titium in mea hereditate*, vel *Lego Titio fundum Trebatianum*: Et in alia separatâ oratione, dicat similiter, *Instituto Manium in mea hereditate*, vel *lego Manio fundum Trebatianum*: ista dicitur coniunctio realis, quia eadem hereditas, vel idem fundus, & sic eadem res fuit relictâ, sed in diuersis orationibus, & sic sunt in re coniuncti, & ad eandem rem vocati, sed sunt disuncti verbis, quia sunt vocati in diuersis orationibus. ¶ Coniuncti verbis illi dicuntur, quibus eadem res, vel eadem hereditas, in eadem oratione relinquitur, sed assignatis portionibus, veluti Titio & Manio talem fundum æquis portionibus relinquo. Hec est communis DD. traditio in d. l. re coniuncti & d. l. triplici. Gomez. lib. 1. variar. resol. cap. 10. de iure accresc. num. 24. & sequent. & est materia satis per DD. pluribus in locis explicata, necessaria tamen pro vera quæstionis propositæ intelligentia.
- 17 Aduertendum quoque est, quidquid dixerit Fusar,

de substit. quest. 629. n. 10. ea omnia quæ iam hoc in capite dicta sunt, & mox dicuntur circa præuentionem vnus ex cohæredibus vel collegatariis, locum habere non solum in iudicio petitorio, sed etiam in possessorio, aded vt vnus ex cohæredibus, in casibus in quibus totum petere non possit, eadem ratione, non admitteretur ad petitionem totius, etiam in iudicio possessorio, veluti in remedio l. final. C. de editto diui Andria, de quo præcisè loquitur D. Argelus de acquir. possess. quest. 8. art. 9. per tot. Bellon. de iure accresc. dicto c. 37. n. 18.

Hic ita suppositis concludendum est, quod si agatur de legatariis, sola verbali coniunctione coniunctis, non potest vnus præuenire quoad partem socij, totam rem petendo in qua coniunctus speratur portionem habiturus, ideo si totum petat repellendus est à limine iudicij, vt ineptam proponens petitionem. Sæpius autem dictum est, ex petitione nulliter facta nullam oriri præuentionem. Quod autem petitio sit nulla, probatur ex traditis per Crauet. consil. 144. in fine, *Surd. consil. 415. num. 12. 33. & sequentib. Bellon. dicta q. 37. n. 31. & 32.*

Sed si agatur de legatariis aut fideicommissariis re tantum coniunctis, verius est & receptius, vnium ex ipsis præuenire posse, petendo totum, & totum etiam consequi, ita tamen vt si alij superueniant, cogatur eis suas portiones præstare, vt benè comprobatur Bellon. dicto c. 7. quest. 37. num. 47. & multis sequentib. & D. Argel. de acquir. poss. q. 8. art. 9. num. 241. & sequentib.

Idemque obtinet in pluribus legatariis, re & verbo coniunctis, scilicet eum qui præuenit, posse petere totum: ita tamen vt alio superueniente, portionem suam illi reddat. Bellon. ibid. num. 80. Argel. num. 241.

Com itaque in casu proposito, ageretur de pluribus cohæredibus purè institutis, quorum vnus solus declarauerat se velle adire hereditatem testatoris, nulla ex illius petitione induci poterat præuentione in præiudicium alterius cohæredis, cui ius æquale competebat, nec impendebat, quominus iste separato iudicio, Iudicem alium quemlibet competentem eligeret atque Notarium pro sui inuentarij confectio, & aditionis declaratione. Aut enim primus, pro parte sua dumtaxat aditionem fecerat; & hoc casu non continebatur aditio alterius cohæredis pro sua portione faciendâ: aut aditionis declaratio facta fuerat per primum aduentem tam nomine suo & pro parte sua, quam etiam nomine alterius cohæredis & pro portione eiusdem; & hoc non, quia primus à secundo nullum habebat mandatum, & per consequens, nulla quoad portionem cohæredis inducta erat præuentione ad effectum impediendi ipsum ne separatim adiret. Et hoc verum est in duobus purè institutis. Nam si vnus purè, & alius sub conditione esset institutus, & conditio nondum aduenisset, distinguendi essent duo casus. Primus est, quando isti hæres fuerunt instituti in partibus distinctis & separatim, veluti si testator dixerit, *Instituto Titium in dimidia, & Caium in alia dimidia si nauis ex Asia venerit*: & tunc non potest Titius petere portionem Caij etiam ante conditionis euentum. Secundus casus est, quando hæres non fuerunt in diuersis & separatim partibus instituti, sed in eodem esse, nullis partibus diuiso, & non factâ hæredibus partium assignatione; ita vt hæres sint re coniuncti: vel etiam si institutio simpliciter facta fuerit: & hoc secundo casu, potest hæres purè institutus totum petere, & apud se retinere donec conditio eueniat: prout latius hæc omnia comprobatur & explicatur Bellon.

Bellon. Iun. *disco tract. de iure accresc. cap. 7. quest. 37.*
num. 96. & seq. & n. 110.

11 Supradicta respiciunt actum aditionis hereditatis, sed & eodem serè modo decidenda sunt quoad actum confectionis inuentarij. Recepta siquidem est, & ab omnibus approbata conclusio, inuentarium à singulis hereditibus, aut omnium hereditum nomine conficiendum esse: Cyn. in l. fin. in princ. C. de iure deliber. n. 3. Alb. n. 7. Salic. n. 4. Alex. n. 11. Iaf. n. 5. versic. sed licet. Et DD. qui in contrarium allegari possent, veluti Bald. in authent. sed cum testator. C. ad l. falcid. n. 9. Alex. in l. in ratione. n. 18. C. ad l. falcid. loquuntur in diuersis terminis. † Tractant enim de inuentario heredis, vtrum profit fideicommissario quod tamen multum controuertitur, si non interueniat cessio iurium heredis in fauorem fideicommissarij, quâ possit sublicitus se tueri exceptione inuentarij, cuius beneficij cessionem obtinuit ab herede grauato, vt per Fontanell. de pactis nuptialib. claus. 4. gloss. 5. num. 44. vbi concludit inuentarium heredis non obstante dicta controuersia, suffragari fideicommissario, etiam si nulla heredis grauati cessio eiusdem beneficij inuentarij interuenierit, quia cum de inuentario non opponat fideicommissarius per viam actionis; sed tantum per viam exceptionis eo vtatur aduersus creditores agentes contra ipsum, non est necessaria cessio iurium, quia possessor illa non indiget dum proponit ius aliquod per modum exceptionis. Qua in sententia residet, decisio-
ne 46. n. 16. quamvis, ibidem nimis generaliter dicere videatur, inuentarium vnus alteri tertio prodesse. Eandemque opinionem, vt inuentarium heredis profit fideicommissario, tuerit Cancr. lib. 3. var. resolut. cap. 2. de inuent. n. 107. & seq. Et de eadem re tractat Phanuc. inter tract. diuers. de inuent. quest. 236. n. 107. in fine & quest. 29 à num. 1. ad 53. & n. 59. ad 66. Michael Grassl. in §. Inuentarium, n. 4. num. 12.

23 Quibus simile est quod dicitur de cessionario ipsius hereditatis, quia licet privilegium inuentarij dicatur personale, & per consequens non transitorium in cessionarium, vt voluit Laurent. Calcan. consil. 18. sub num. 27. & 28. & est text. in l. ex pluribus, & ibi Bart. ff. de administrat. tutor. Iaf. in l. quo minus n. 202. ff. de fluminib. Roland. inter tractatus diuers. 24 de inuent. quest. 180. † Tamen privilegium inuentarij, transire in emptorem hereditatis fuit decusum in Senatu Neapolitano apud Cappy. Latr. decis. 155. n. 24. Adeo vt si Ecclesia cedat iura sua alicui laico, quem admodum ipsa Ecclesia non tenebatur facere inuentarium, ex Vincent. de Franc. decis. 536. num. 29. ita & ille qui ab Ecclesia obtinuit cessionem hereditatis, non poterit ultra vires hereditarias conueniri tanquam succedens in ius & privilegium Ecclesiæ. Vel etiam iuxta opinionem aliorum qui in omnem euentum fatentur Ecclesiam obtinere posse restitutionem in integrum aduersus omisam inuentarij confectionem, cessionarius iste poterit eodem vti restitutionis in integrum privilegio, vt dict. decis. 155. copiosius demonstratur.

25 Non tamen idem obtinet in inuentario tutelari, quo heres aduersus creditores hereditarios se tueri non potest, vt decusum fuit per Rotam decis. 88. n. 24. & decis. 126. n. 34. p. 7. recent. † Nisi tamen in hoc inuentario tutelari adhibita fuissent omnes solemnitates in legali heredis inuentario requisitæ, Rota decis. 668. n. 3. p. 4. recent. tom. 1.

27 Cum igitur præfati Doctores & iura loquantur, & procedant in casibus omnino diuersis, remanet vera & illibata conclusio, confectionem inuentarij
Santerij de Prauent. Iudic. Pars II.

ab vno ex pluribus coheredibus factam, non inducere præuentionem aduersus alios, nec impedire quominus ipsi separatim suum inuentarium coram alio Iudice comperenti, & notario conficere queant: nisi tamen malint alij coheredes ratificare quod eorum nomine hac in re gestum est: quod ultra supra citatos docent Rebuff. in consil. Reg. tom. 1. in tit. de sentent. pronis. art. 2. gloss. 3. num. 6. Burat. decis. 521. n. 7. Phanucius de Inuent. dicta quest. 239. num. 58. Catpan. ad statut. Mediol. p. 1. c. 272. num. 9. Mich. Grassl. in §. Inuentarium heredis, quest. 4. num. 12. Barry. de success. lib. 1. tit. qua sint intra confect. inuent. numero 2. Et inter antiquos Salicet. in l. fin. §. fin. autem dubius, num. 14. C. de iure deliber. Et ibidem Alex. num. 11. & alij omnes.

Sed obiicit aliquis non esse agendum de præ-
uentione quoad inuentarium, cum ille non sit actus iudicialis, sed potius extraiudicialis, & nuda solemnitas, vt dicit Hodiern. ad Surd. decis. 26. num. 11. & Gratian. discept. c. 797. n. 2. & 3. Rota decis. 331. n. 4. p. 5. recent.

Responsio petenda est ex notatis per nos part. 1. cap. 3. de inuent. n. 3. Videlicet, quod quamvis quoad petitiones iudiciales creditorum nulla ex inuentario oriatur præuentione, tamen quoad ipsum actum confectionis inuentarij tractari potest de præuentione inter plures coheredes, vtrum coram vno aut altero Iudice vel notario illud fieri aut continuari possit. † Quamquam & quoad effectum prorogandi iurisdictionem, præuentionem produci ex inuentarij confectione coram Iudice habente iurisdictionem prorogabilem facta, fuerit alias decusum in Senatu Neapolitano apud Hodiern. in addit. ad Surd. decis. 22. num. 24. & sequentib. Quia licet verum sit heredem conficientem inuentarium, non posse reconueniri ad hoc vt confectio inuentarij retardari possit, tamen cum ipse Iudicem elegerit, coram quo in inuentarij confectione procederet, si deinde coram eodem reconueniatur, non potest illius, quem approbauit, iurisdictionem declinare. † Cuius rationem decisionis resolutio apud me dubia est, quia actus inuentarij diuersus est ab actionibus hereditariis, nec prorogatio iurisdictionis facta per heredem, fit ad alium finem quam ad conficiendum inuentarium, non autem ad suscipiendas actiones hereditarias: vnde cum (vt iam dictum est) confectio inuentarij sit actus extraiudicialis & diuersus, non video quomodo ex eo nascatur effectus prorogationis iurisdictionis, ad actum iudicalem diuersum & omnino separatum, & ab actu confectionis inuentarij independentem.

Iterum obiici potest, quod ex nostra resolutione multa oriri possent inconuenientia. Nam si heres pro parte institutus, qui pro sua portione tantum hereditaria adiuit, & inuentarium conficit, alias postea portiones per ius accrescendi, aliove modo acquireret, nouum inuentarium conficere teneretur, & si quatuor aut plures postea portiones ad ipsum obuenirent, plura & totidem inuentaria conficere oporteret, non sine magno incommodo & expensis. Et similiter si quis vt heres ab intestato adiuerit hereditatem, & tanquam talis inuentarium confecerit, & deinde successu temporis comperit se esse heredem testamentarium, videretur omni æquitati repugnare si repetitis sumptibus nouum cogeretur inuentarium conficere.

Sed ad hoc responderetur Primo, quod nihil im-
dit, quo minus heres, pro parte institutus conficiens inuentarium, protestetur se illud facere tam suo quam coheredum nomine, quia deinde subsequuta
V 2 ratificat

ratificatione, vel nouo superueniente titulo confectio inuentarij valida remanet, vt superius ostensum fuit. Secundo responderetur, quod si ex primo inuentario apparet veritas rerum omnium in hereditate existentium, sicut ipso iure augetur portio hereditatis per repudiationem cohæredis, ita ipso iure augetur inuentarium. Et quemadmodum hoc casu non est opus nouâ additione hereditatis, ita non est necessarium nouum inuentarium cuius dies incipit cedere ab adita hereditate, Canez, lib. 3. cap. 2. num. 15. Grassi, in §. Inuentarium heredis, quest. 5. num. 1. versic. Ab adita hereditate, & in tract. diuersi. de inuent. quest. 1. num. 15. & quest. 68. & 70. vbi de magis communibus nisi tamen hæres malitiosè differret. Et hoc summam continet æquitatem, cum hoc casu nulla possit committi, aut præsumi fraus in herede. Atque ita determinat Bald. in leg. filium quem habentem, num. 50. versic. sed pone, duo sunt hæredes, C. fam. l. c. si sequitur C. de ratione rat. quest. 218 num. 4.

34 Idem dicendum est de eo qui hereditatem adiuit, vt hæres ab intestato, & deinde sciuit se esse heredem testamento institutum: hic enim nouo non indiget inuentario, sed primum per eum confectum tanquam ab intestato succedentem, illo suffragatur: vt decisum fuit per Rot. Romanam apud Duran. decis. 387. n. 39. & seqq. Quia cum inuentarium fuerit inuentum ad consulendum legatariis & creditoribus, ac ipsis etiam hæredibus, non attenditur ad effectum de quo agitur, à qua persona, & ex quo iure factum sit, sed sufficit illud fuisse legitime factum, ita quod in eo appareat veritas, numerus, & qualitas rerum in hereditate repertarum. Aretin. in l. cum hereditas, ad fin. ff. de acquir. heredit. Rota dec. 601. num. 18. part. 1. diuersi, vbi dicitur inuentarium factum ab eo qui illud conficere non tenebatur, si factum legitime fuerit, probare præsumptiue in fauorem illius qui obligatus erat ad illud conficiendum. Paris. consil. 63. num. 21. & sequentibus. lib. 1. & consil. 23. n. 85. & 86. lib. 3.

35 Et ex præmissis apparet, quod in locis vbi beneficium inuentarij solet à Principe impetrari, si vnus ex pluribus cohæredibus litteras Regias obtinuerit pro illius confectioe, illæ aliis non suffragabuntur, nisi ipsi quoque similes litteras obtineant ab eodem Rege vel Principe, vt in terminis consuetudinis Burgundiæ ostendit Chassan. in titul. des successions, §. 13. versic. si aucuns se veulent porter pour heritiers.

CAPVT XIV.

ARGVMENTVM.

De Præuentione quoad causas connexas. Et quæ sit differentia inter exceptionem præuentionis, & illam Ne causæ continentia diuidatur. Finita causæ spoliij, si quis agat ad fructus & interesse, vtum illi obstat exceptio continentia causæ, vel præuentionis. Explicantur etiam varij modi quibus continens causæ dici possit, & ea ratione causæ apud eundem iudicem tractari debeat. Et quomodo inter se differant præuentio, & litispendentia.

- 1 Intentata actio spoliij, questio fructuum & expensarum, videtur esse de continentia causæ principalis: sed vide inferius, num. 13. & sequentibus.
- 2 Quando actio procedit ab eodem fonte, licet agatur de personis diuersis, vtum locum habeat exceptio, Ne continentia causæ diuidatur.
- 3 Quomodo differant translatio & separatio iudicij.
- 4 Si concurrat identitas personarum & rei, locum est exceptioni continentia causæ.
- 5 Quid si concurrat identitas personarum & actionis, sed diuersitas rei, vtum locum sit illi exceptioni.
- 6 Vtrum idem obtineat quando adest identitas actionis, sed diuersitas personarum & rei.
- 7 Quid si agatur de eadem actione, eademque res, sed de diuersis personis.
- 8 Si ex pluribus sociis vnus sit Clericus, & alter laicus, & causæ indiuiduata coram iudice Ecclesiastico tractanda est.
- 9 Præuentio suum operatur effectum non solum quoad personas citatas, sed etiam quoad alias interesse connexas habentes.
- 10 Citatio executioni demandata contra vnum ex pluribus executoribus testamentariis, facit præuentionem totius causæ quoad alios.
- 11 Actio spoliij non datur, nisi contra spoliantem, vel mandantem aut ratum habentem.
- 12 Quæ concurrere debeat, quando quis vult agere contra aliquem, ex eo quod ratum habuerit spoliatum.
- 13 Continentia causæ, locum non habet in personis, & actionibus diuersis.
- 14 Exceptio litispendentia, non obstat iurisdictioni regulariter, quando exceptio rei indicata non obstat actioni.
- 15 Præuentio, & litispendentia, quâ ratione inter se differant.
- 16 Causæ indiuiduæ dici non possunt, quæ separationem recipiunt.
- 17 Regula de continentia causæ non diuidenda, multas recipit limitationes.
- 18 Exceptio continentia causæ non procedit in causis non connexis.
- 19 Inhibitiones executæ, in præiudicium litis pendentiæ non subsistunt.
- 20 Obtinens inhibitiones, post litem coeptam, non dicitur attentare, si agatur de lite diuersa.
- 21 Valet argumentum, à litispendentiâ ad præuentionem, sed non e contra.
- 22 Præuentio per solam citationem effectum sortitam inducitur, sed non litispendentiâ, quæ requirit contestationem.

Continentia causæ diuidi non debet dum agitur de cursu vniuersali creditorum.



VDICEM qui præuenit, non solum in causâ principali præuenta, sed in annexis quoque iurisdictionem habere satis suo loco ostendimus, cum continentia causæ non sit diuidenda, immo idem iudex qui causam principalem præuenit, in omnibus illius annexis iudex remanere debet: iuxta l. nulli, Cod. de Iud. de qua licet in prima huius tractatus parte actum sit, tamen varij in praxi occurrunt casus, ab illa regula generali dependentes, quos hic ordine proponere non erit extra rem.